Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30486
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



N. 15. 45

Incipit libellus beati bernhardi albis de moribus adolescentum

Hortatur timida mentis mee inperitia
quam sepe fraterna petiuit caritas. vt
de vite ordine et morum institutione instructi
one breuiter loqui debeam. Sed quia tempus est
vt ipso qui inspirauit opitulante opus aggre
diar. ex ordine sumere necessarium duxi.
ab illa laudabili virtute que dicitur verecundia
Que cum sit omnibus etatibus / personis / temporibus /
et locis apta / tamen adolescentes et iuueniles
animos maxime decet. Tres vero virtutes sunt
que pueris et adolescentibus magis congruunt /
verecundia / taciturnitas / obediencia / Non est
autem dubium si has studeant habere /
qui possint christo duce ad culmen perfectio
nemque virtutum ascendere. Morum enim insignia et
ornamenta virtutum in illis proculdubio cernimus